

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Iudex siue iudicium p  
cum fontibus proximo et primis

*Manipulus florum*, Iudex siue iudicium p:

Debet quisque proprias uirtutes perpendere  
et pro qualitate uirium curam aliorum suscipere;  
ne dum delectetur loco glorie, fiat subditis auctor ruine.  
Et qui grauatur pondere suarum, uelit fieri iudex  
alienarum culparum.

Durum enim est ut qui nescit tenere moderamina  
uite sue, iudex fiat uite aliene.

Gregorius in glossa super illud Ecclesiastici VII.: Noli  
querere fieri iudex nisi ualeas uirtute irrumpere  
iniquitates.

Fons proximus:

**Noli que fieri iudex et cetera.**

Debet quisque proprias uirtutes perpendere.  
Et pro quantitate uirium curam aliorum suscipere.  
nedum delectatur loco glorie. fiat subditis auctor ruine. ←  
et qui grauatur pondere suarum uelit fieri iudex  
alienarum culparum.

*Glossa ordinaria, liber Ecclesiastici, 7.6* (Biblia Latina  
cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

Fontes primi:

**Noli que fieri iudex et cetera.**

Debet quisque proprias uirtutes perpendere.  
Et pro quantitate uirium curam aliorum suscipere.  
nedum delectatur loco glorie. fiat subditis auctor ruine.  
et qui grauatur pondere suarum uelit fieri iudex  
alienarum culparum.

*Glossa ordinaria, liber Ecclesiastici, 7.6* (Biblia Latina  
cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

→ Qui ergo adhuc desideriiis terrenis astringitur, caueat  
ne districti iram iudicis grauius accendens,  
dum loco delectatur glorie, fiat subditis auctor ruinae.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 1.10 (SC 381, F.  
Rommel ed., p.164, ll.37-39).

Durum quippe est ut qui nescit tenere moderamina  
uitae suae, iudex uitae fiat alienae.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 26.5 (CCSL  
141, R. Étaix ed., p.222, ll.101-102).